BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO
Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 72v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



duo amores | ab isto qui est caritas | penitus excludantur. ideo addit sicut
dilexi uos. Sed quis umquam hominum potuit | uel potuit obseruare tale man
datum. Quis umquam sic dilexit proximos. sicut xpc apostolos. Nullus um
quam. Vnde notandum quod hic non est expressum signum quantitatis. sed si
militudinis. Et est sensus. Eo modo uos diligite inuicem. quo dilexi uos.
Quomodo nos dilexit. Audi. Sic deus dilexit mundum. ut filium suum
unigenitum daret. ut omnis qui in ipso non pereat | sed habeat uitam eternam.
Sic nos deus pater amauit. quod filio suo unigenito non pepercit. sed
pro nobis tradidit illum. Xpc intantum nos dilexit. quod pro nobis animam suam po
suit. et in mortem tradidit. et suo pretioso sanguine | lauit nos a peccatis
nostris. faciens de peccatoribus iustos. de mortuis uiuos. de terrigenis ce
libes. de terrenis celestes. de consortibus iumentorum | consortes angelorum. Be
nedictus sit iste amator. a quo habemus in mandatis. ut nos inuicem diliga
mus | sicut dilexit nos. Sed forsitan dicet aliquis. De hac dilectione ua
cillor. et quomodo sit diligendus proximus | penitus non intelligo. Mori qui
dem non possum pro fratre. sicut dominus xpc uoluit mori pro nostra salute. Ad
quem ego superius dixi. quod istud sicut. non est expressiuum quantitatis. sed qua
litatis. Si non potes eque ambulare cum xpo. saltem a longe i
mitare uestigia eius. Si non uales diligere proximum tuum | plusquam te
met ipsum. quod xpc fecit pro salute generis humani moriendo. saltem dili
ge ipsum | tamquam temet ipsum | hoc faciendo illi. quod ab eo uis fieri tibi.
Sic tamen semper proximus est diligendus. ut in eo diligatur deus. Non
autem proximus si tantum propter semetipsum diligitur. iam non erit caritas.
sed amor medius. uel forte quod absit. amor pessimus. Et qui tali amo
re excecantur. nisi penituerint ex amore | eternaliter priuabuntur. Nos ergo
fratres | qui a xpo xpiani uocamur et sumus. qui spretis omnibus terrenis | atque
caducis | et transitoriis. cum totis amoribus cecis | illi soli adherere cupi